



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**M. DC. LXI. Coloniae Munatianaë, 1661**

75 Distinguit tempus hæc, in quo promoveantur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

In minoribus siquidem ordinibus constituti paulatim per singulos gradus sunt promovendi, ut contententes suos eledere Episcopi, dolent sibi esse prelatos, quos prius habebant subiectos.

C. IX. ¶ Cum majores ordinari contempserim de minoribus promoventur ordinibus.

Unde Gelasius scribiti Vicari Episcopo a. Confuluit dilectio tua de suorum promotione clericorum, perhibens, quod diaconi ad presbyterii gradum (quo ecclesiam tuam memoras indigere) venire delectant. Quapropter quia invitos fieri ecclesiastica moderatio, gravitas non patitur, ut ex nolentibus fiant volentes, ordinatio illa potest perficere, si quos d habes vel in acolythis, vel subdiaconis maturioris aetate, & quorum sit vita probabilis, hos in presbyteratum studeas promovere, ut qui in suis ordinibus proficere noluerint, reddantur suis inferioribus post minores, et ipsaq; commendat presbyteri propentius, quam diaconi confecti, ut hac saltem ratione constituti & honorem, quem referant, appetere nantur, & quantum.

DISTINCTIO LXXV.

Tempus autem consecrationis, sicut in ordine Romano habetur, ad Episcopi benedictionem non eligitur. Omnis enim tempore benedicuntur, dummodo jejunii, & hora tertia benedictionem accipiant.

C. I. ¶ Ordinationes Episcoporum qua hora fieri debeant.

Unde Anacletus Papa scribit, ad Episcopos Italiae, epist. 7. in principio.

Ordinationes Episcoporum auctoritate Apostolica ab omnibus, qui in eadem fuerint provincia, Episcopis sunt celebrandae. Qui simul convenientes, serutinium diligenter agant, jejuniumque cum omnibus celebrent precibus, & manus in sanctis Evangelis, qua praedicantur, sunt imponentes, Dominica die, hora tertia orantes, sicut in unione, exemplo & prophetarum, & regum capita eorum, more Apostolorum, & Moysis ungentes: quia omnis sanctificatio constat in Spiritu Sancto: cujus virtus invisibilis, sancto chismati est permitta: & hoc ritu solennem celebrent ordinationem.

Tempus autem consecrationis, trium mensium spatium clauditur: ultra quod, nisi necessitate cogente, Episcoporum ordinationes post electionem differri non licet.

C. II. ¶ Ultra tres menses non differatur Episcoporum ordinatio.

Unde in Chalcedonensi concilio, cap. 25. legitur.

Quoniam quidam metropolitanorum, sicut ad nos operatum est, negligunt creditos sibi greges, & differunt ordinationes facere Episcoporum; placuit sanctae synodo intra tres & menses fieri ordinationes Episcoporum, nisi forte inexcusabilis necessitas coegerit tempus ordinationis amplius protolari. Si autem quis Episcoporum hanc non observaverit, ipsum debere ecclesiasticae condemnationi subiacere, redditis vero eiusdem viduatae ecclesiae integros relevari apud oeconomum eisdem ecclesiae placuit.

¶ Si autem quis sic etiam in praesca versione, Graecis est:

a al. Episcopo Alexandrino. b Ansel. lib. 7. cap. 102. Ivo p. 6. cap. 104. Polyc. l. 2. tit. 21. c al. proficere. d al. quia scilicet si quis. Ivo p. 6. cap. 43. e al. posterioriter. f supra dist. 64. ordinationes Episcoporum. Burch. lib. 1. cap. 11. Ivo p. 3. cap. 69. Ansel. lib. 8. cap. 33. Panm. l. 3. cap. 12. Polyc. lib. 2. tit. 6. g al. prophetarum exemplo Regum capitis perungentium, eos more, &c. h De Prophetis. 3. Regum 19. De Moyse. Exod. 29. De Regibus. 1. Reg. 10. i Polyc. l. 2. tit. 20. Burch. l. 1. c. 24. Ansel. l. 6. c. 40. Ivo p. 3. c. 133. k sup. dist. 20. c. 1. l τῆς ἀναβολῆς.

¶ In minoribus siquidem ordinibus constituti paulatim per singulos gradus sunt promovendi, ut contententes suos eledere Episcopi, dolent sibi esse prelatos, quos prius habebant subiectos.

C. IX. ¶ Cum majores ordinari contempserim de minoribus promoventur ordinibus.

Unde Gelasius scribiti Vicari Episcopo a. Confuluit dilectio tua de suorum promotione clericorum, perhibens, quod diaconi ad presbyterii gradum (quo ecclesiam tuam memoras indigere) venire delectant. Quapropter quia invitos fieri ecclesiastica moderatio, gravitas non patitur, ut ex nolentibus fiant volentes, ordinatio illa potest perficere, si quos d habes vel in acolythis, vel subdiaconis maturioris aetate, & quorum sit vita probabilis, hos in presbyteratum studeas promovere, ut qui in suis ordinibus proficere noluerint, reddantur suis inferioribus post minores, et ipsaq; commendat presbyteri propentius, quam diaconi confecti, ut hac saltem ratione constituti & honorem, quem referant, appetere nantur, & quantum.

Ordinationes a presbyterorum, levitarumque tempore congruo, multis coram astantibus, solenniter agite, & probabiles ac doctos viros ad hoc opus provehite, ut de eorum societate, & adjuumento plurimum gaudeatis.

C. IV. ¶ Presbyteri & Leviti, qua hora ordinandi sunt.

Item Leo Episcopus Discepo Alexandrino Episcopo, epist. 79. cap. 1.

Vobis à patribus nostris propentiore cura nominum esse servatum, à vobis quoque volumus custodiri, ut non passim diebus omnibus sacerdotalis, vel levitici ordinatio celebretur, sed post diem sabbati eius nobis, qua lucebit in prima sabbati exordia e consecrandi eligantur, in quibus his, qui consecrandi sunt, jejunia & à jejunantibus sacra benedictio conferatur. Quod o iusdem observantia erit, si mane; ipso dominico die continuo jejunio sabbati, celebretur: à quo tempore, praecedentis noctis initia non recedunt; quod ad diem resurrectionis (sicut etiam in Pascha Domini declaratum) pertinere non dubium est.

C. V. ¶ Quare die Dominica sacerdotum ordinationes celebrentur.

Item eodem cap.

Quod i die Dominica ordinationes sacerdotum celebrentur, non tantum ex consuetudine, sed etiam ex Apostolica novimus venire doctrina, pura manifestante, quod cum Apostoli Paulus & Barnabam ex praescepto Spiritus Sancti ad Evangelium gentibus mitterent praedicandum, jejunantes & orantes inposuerunt eis manus: ut intelligamus, quanta & alta pietas, & accipientium devotione curandum sit, ne benedictionis sacramentum negligenter videatur impium. Et ideo pie & laudabiliter Apostolicis morem praeseris institutis, si hanc ordinandorum faceretiam mam per ecclesias, quibus Dominus praeserit te volente etiam ipse servaveris, ut his die Dominicae resurrectionis quam benedictio, nisi in die Dominicae resurrectionis tribuatur. Cui à vespera sabbati initium contra tribuatur, & tantis divinarum dispensationum mysteria consecrata, ut quidquid est à Domino insignitus constitutum, in huius diei dignitate sit gestum. In mundum sumpsit exordium: in hac per resurrectionem Christi & mors inrestitutum, & vita accepti initium. hac, &c.

¶ Quod die Sumptum est caput hoc ex eodem libro, & antecedenti, mutato tamen verborum ordine, & mensura adpellis. In ipsa enim epistola post ultima verba praecedentis parvi, sequitur continenter. Nam praeter auctoritates veteris sctudinis, quam ex Apostolica novimus venire doctrina, etiam sacra Scriptura manifestat, quod die Apostoli, &c.

a Polyc. l. 2. tit. 21. Ansel. l. 6. cap. 43. Burch. lib. 1. c. 11. cap. 23. & 47. b Polyc. ibid. Ansel. lib. 7. cap. 44. Ivo p. 3. cap. 71. c exordia deliquit, hoc est, sub lege divina constituantur. orig. d quam. orig. e Ivo p. 6. cap. 70. Polyc. lib. 2. cap. 13. f Ansel. l. 6. c. 40. g al. benedictionem tribuatur, h dispensationem.

C. VI. De eodem. PALEA. [Item in ordine Romano, cap. de gradibus Ecclesie.]

Quando a. & ubi libitum fuerit, usq; ad subdiaconatus officium ordinatur clericus: diaconi vero, atq; presbyteri nunquam. b. nisi in publica ordinatione.

C. VII. De temporibus ordinationis. Item Gelasius c. ad Episcopos per Lucaniam, epist. 1. cap. 11.

Ordinationes d. presbyterorum, & diaconorum, nisi certis temporibus, & diebus exerceri non debent, id est, quarti mensis jejunio, septimi, & decimi: sed & etiam quadragesimalis initii, ac mediane hebdomadae, & sabbati jejunio circa vesperam noverint celebrandas: nec cuiuslibet utilitatis causa, seu presbyterium, seu diaconum his praefere, qui ante ipsos fuerint ordinati.

DISTINCTIO LXXVI.

1. Quid temporibus jejunia celebranda sint, Calixtus Papa determinat, scribens Benedicto Episcopo, epist. 1.

C. I. Quibus temporibus jejunia celebrantur.

Jejunium si quod tertio anno apud nos celebrare didicisti, convenientius nunc per quatuor tempora fieri decernimus, ut sicut annus per quatuor voluit tempora, sic & nos quaternum solenne agamus jejunium, per anni quatuor tempora.

C. II. De eodem.

Item ex concilio Moguntino I. capitul. 24. [Sed his iustis, sic nominatis.]

Constitutimus q. ut quatuor tempora anni ab omnibus communi jejunio obseruentur: id est, in mense Martio, hebdomada prima, in Junio, secunda, in Septembri, tertia, in Decembri, quarta.

Auctor Macrobius, 2. c. 21. de hoc ipso Moguntini concilii canonem disputans, aperit aut hoc ex imitatione traditionis ecclesiasticae fuisse proferendum. Vide & Leo Papa ait, Huius observatione, &c. quod refertur infra ead. dist. cap. 6. Et ne quis occasione horum uniuersorum Germaniarum desperaret, Gregorius spiritus (quod eodem Macrobius narratur) veterem Romanam ecclesiam conservandam renovavit. De qua re in concilio Clavementensi Vrbani secundus, canonem primo sic statuitur: Primum jejunium quatuor temporum semper fiet prima hebdomada Quadragesimae, secundum in hebdomada Pentecostes, abique genuinum flexione, cum Alleluja, & Gloria in excelsis Deo, & vestibus solennibus fiet; tertium plena hebdomada ante Natalis Domini, vigilia eiusdem accepta. Et item repetitur in altero concilio Placentiae postea habito, quod est in bibliotheca Vaticana, & citatur infra ead. cap. statumimus.

C. III. De eodem.

Item ex concilio Saleguntia habito, cap. 2.

De hoc jejunio autem incerto quatuor temporum, hanc certitudinem statumimus, ut si Calendae Martiae in quarta feria, siue antea euenierint, eadem hebdomada jejunium celebretur. Si autem Calendae Martiae in quintam feriam, aut sextam, aut sabbatum distendantur, in sequentem hebdomadam jejunium differatur.

a. Augustinus lib. 7. cap. 67. b. al. non. c. Et Gregorius I. I. epist. 3. d. Polycarpus lib. 2. tit. 25. Anselm. lib. 7. cap. 45. Ivo part. 6. cap. 74. Panorm. lib. 3. c. 51. e. mediana quadragesima die sabbati jejunio [orig. f. Polyc. lib. 3. tit. 25. Ivo part. 4. cap. 27. Panorm. lib. 3. cap. 47. f. Capitula, cap. 86. Burchard. lib. 25. cap. 2. Ivo part. 4. cap. 31. Panorm. lib. 2. cap. 110. h. Burchardus in fine. Ivo p. 4. c. 31. Panorm. lib. 2. c. 111.

Simili quoque modo, si Calendae Iunii in quarta feria aut antea euenierint, in subsequenti hebdomada jejunium celebretur; & si in quinta, aut sexta feria, aut sabbato contigerint, jejunium in tertiam hebdomadam referretur. Et hoc sciendum est, quod si quando jejunium mensis Iunii in vigilia Pentecostes secundam praedictam regulam euenierit, non ibi celebrandum erit, sed in ipsa hebdomada solenni Pentecostes [quia vigilia i. simul, & jejunium celebrari non debent:] & tunc, propter solennitatem Spiritus sancti, diaconi dalmaticis induantur, & Alleluja cantetur, & s. flectamus genua, non dicatur.

Eodem modo de Septembris jejunio constitutum est, ut si Calendae Septembris in quarta feria euenierint aut antea, jejunium in tertia hebdomada celebretur: & si in quinta aut sexta, aut sabbato contigerint, in quarta hebdomada jejunandum erit. In Decembri vero illud observandum erit, ut in proximo sabbato ante vigiliam Natalis Domini celebretur jejunium, quia si vigilia in sabbato euenierit, simul vigiliam & jejunium celebrare non conuenit.

1. Quia vigilia] Hec usque ad verbum, debent, non sunt in ipso concilio expressa ex Burchardo: eadem vero sententia repetitur in fine capituli.

C. IV. De eodem.

Centra Vrbani in concilio Placentino, cap. 11.

Statuimus a etiam, ut jejunia quatuor temporum hoc ordine celebrentur: primum in initio Quadragesimae: secundum in hebdomada Pentecostes: tertium vero in Septembris: quartum in Decembri more solito fiat.

C. V. De eodem.

Item Leo Papa, sermone primo de jejuniis Pentecostes.

igitur b post sancta letitia dies, quos in honorem Domini a mortuis resurgentis, ac deinde in celos ascendit exigimus, postq; acceptum sancti Spiritus donum, salubriter, & necessario consuetudo est ordinata jejunia, ut si quid forte inter ipsa festiuitatum gaudia negligens libertas, & licentia inordinata praesumpserit, hoc religiosae abstinentiae censura castiget.

C. VI. De eodem.

Idem sermone viii. de jejuniis decimi Mensis.

Huius e. observantiae utilitas, dilectissimi, in ecclesiasticis praecipue est constituta jejuniis: quae ex doctrina sancti Spiritus ita per totius anni circulum distributa sunt, ut lex abstinentiae omnibus sit ascripta temporibus. Siquidem jejunia vernum in Quadragesima, aestiuum in Pentecoste, autumnale in mense septimo, hyemale autem in hoc, qui est decimus, celebramus, intelligentes diuini nihil vacuum esse praecipit, & verbo Dei ad eruditionem nostram omnia elementa seruire, dum per ipsius mundi cardines, quasi per quatuor Evangelia in cessabili tuba discimus, quod & praedicamus, & agamus.

2. pars: Primum vero mensis, quartum, septimum, & decimum, iam Hebraeorum ratione, sed nostra debemus accipere. Primum enim mensis apud illos est Aprilis, quartus Iulius, septimus Octobris, decimus Ianuarius. In quibus, & praeterea in quinto mensis, qui est Augustus, quae fuerit eius causa jejuniis, Hieronymus in commentariis ad cap. 1. Zachariae exponit, dicens.

C. VII. De eodem.

Quare supra scriptis mensibus.

Jejunium d. quarti, & jejunium quinti, & jejunium septimi, & jejunium decimi (dicitur enim subauditur mensis) domus Iudae, & Hierusalem, in dies festos, vertetur & gaudium; veritatem tantum Deus querit, & pacem. In hoc loco nostrorum multi multa dixerunt, & inter se dissonantia. & pauca inserjisti. Cogimur:

a. Polyc. lib. 3. titul. 25. b. Polyc. lib. 2. c. Polycarp. lib. 2. d. Polyc. lib. 2.